

operari bonum fin consiliū Apostoli ad **Gal.** vi. Dum tempus habemus operemur bonum. Et nolentes operari remittit Salomon ad fornicam. **Proverb.** vi. Uade ad fornicam o piger et disce sapientiam. Consistit autem sapientia eius in quattuor. Primo in granorum congregatione. Nam in estate grana tritici congregat. Juxta illud metriste. Congregat in messe quod habet formica necesse. Ita homo in vita presenti que messi et estate comparatur debet colligere triticum bonorum operum et merita futurorum premiorum. Quia dicit **Gene.** Si que per laborē recte feceritis labor cito recipiet beneficium eternum. Si que per voluptatem prauē feratis voluptas cito transit. Factum autem eternaliter manebit. quasi diceret. quare potius recta et bona debetis operari. Secundo sapientia eius consistit in congregatorum perforatione. iuxta illud dictum **Philos.** Granum quodque legit prudens formica bipartit. Et hoc ideo facit ne ex aspersione pluuie pullulent et anibilent aut putrescant. Sic homo debet hic in presenti vita gratie bona opera sua gladio verbi dei perforare. de quo ad **Deb.** iij. Cuius est enim sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti. Et hoc debet homo ideo facere ne pluuie temptationum diaboli anibilent bona sua et faciant germinare peccata. quam quidam germinationem peccatorum impedit ista perforatio. ps. In corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi. Tercio sapientia formice consistit in perforatorum decorticatione ut ea scilicet grana purius comedat. Sic homo debet cortices mundane delectationis ab operibus remouere ut pura eius opera inueniantur. et christus eorum puritate pascatur. Quia dicitur **Lam.** ij. Qui pascitur inter lilia. Ideo dicit dominus **Hiere.** xv. Si separaueris purum ab impuro quasi os meum eris. Quarto consistit eius prudentia et sapientia in decorticati desiccatione. quia si grana sua fuerint humectata ad solem ea ponit et desiccet. Ita moraliter si aliqua opera nostra sint humectata aquis peccatorum desiccanda sunt ad verum solem christum. quia humorem vitiorum ipse extrahit. et grana bonorum sana reddit. quia dicit **Esa.** xliij. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. et peccatorum tuorum non recordabor. Quarto debemus imitari hunc villicum in discreta prouisione. quia dixit. Scio quid faciam ut cum amotus fuero a villicatione recipiant me in domos suas. q. d. volo misericordiam facere pauperibus ut post mortem recipiant me in domos suas. ubi dicit glosa. regnum celorum

est domus miserorum. Juxta illud **Matth.** vi. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. In hanc domum nullus potest ingredi nisi per opera misericordie vel corporale vel spirituale. In cuius figura Salomon in ingressu templi fecit duo ostiola de lignis oliuarum. **Reg.** vi. Oleum autem significat misericordiam per quam nisi homo pertransierit. ad templum veri Salomonis Iesu christi non poterit peruenire. fm illud dictum **Per raueni.** Sibi apud deum pietatis ianuam claudit qui viscera misericordie proximo mendicanti non aperit.

De eadem dominica Sermo. iij.

Alcite vobis

amicos de mammona iniquitatis ut cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Ita scribitur **Luc.** xvi. Philosophus in problematibus dicit. Quod alicui homini manus vel brachium detruncata fuerit frigus in latere illo perpetuo sustinebit. Cuius rationem Constantinus ponit in li. de naturis morborum. Nam effluente per contritionem mundo sanguine effluit. et coexpirat calidum eiusdem lateris vniuersum. vel alia ratio. Cruor fundamentum est atque thesaurus nature pariterque caloris. cum ergo cruore vel sanguine orbatus fuerit ipse calor protinus euanesceat. et hec ratio est **Salieni.** Moraliter per manum intellige quod libet opus bonum vel principaliter opus misericordie quod exercetur in elemosynarum largitione. quam quidem manum si quis sibi abstulerit videlicet non dando elemosynas egenis. frigus in se finaliter eterne penalitatis et miserie sustinebit. Sicut testatur beatus **Augustinus** in li. lxxxiij. questionum. Illi autem in quo charitas extincta fuerit erga proximum perpetue profecto penalitatis imminet supplicium et tormentum. Et hoc figuratum est de illo qui in nuptiis inuentus fuit non habens vestem nuptialem. ad quem dominus ait. Amice quomodo huc intraisti non habens vestem nuptialem. at ille obmutuit. Et dixit dominus. Ligatis manibus et pedibus projicite eum in tenebras exteriores ibi erit fletus et stridor dentium. scilicet ratione frigoris. **Mat.** xxij. Quid est vestis nuptialis nisi charitas apud proximum quod sue miserie subuenit quam si quis non habuerit in eternum frigus mittetur. ubi ab aquis nivium frigidis transierit ad calorem nivium. **Job.** xxiij. Iohannes in vobis pluribus hortatur nos ad charitatem omissionem. proximis per elemosynarum largitionem. cum dicit

Dñica nona post trini.

facite vobis amicos. Et tria facit breuiter. primo vt amicos nobis faciamus ibi. facite vobis secundo de quo eos facere debemus ibi. de mōmona iniquitatis. tertio ad quod eorum indigemus ibi. vt cum defeceritis. Primo ergo hortatur vt amicos nobis faciamus. cum dicit. facite vobis amicos. Ubi nota in electione amici tria sunt attendenda. Primo vt ille qui eligitur sit prudens et discretus. quia amicitie stultorum solent esse obnoxie. quia qui cum stultis versat similis eis efficitur. Secundo vt ille sit bonus. quia amicitia bonorum cum malis est periculosa. quia ipsi ex malorum familiaritate in vita et conscientia corrumpuntur et in fama obfuscant. Quod probat Hieronymus super Matth. per duo exempla. Primum si vinum admiscetur aceto vinum non corrumpit acetum. sed acetum vinum Acetum significat malos qui deum in suis malis operibus exacerbant. ps. attestante qui ait. Exacerbabit dominum peccator. Sed per vinum significantur boni qui deum letificant per bonā conscientiam et proximum per bonam famam. Iudic. ix. Nunquid possum deserere vinum meum quando ergo boni miscentur cum malis licet mali interdum ex hoc meliorentur. quia cum sancto sanctus eris. ps. Tamen boni sepius in fama corrumpuntur. Iuxta illud Apostoli. j. Corinth. xv. Corruptunt bonos mores colloquia praua. Secundum exemplum est. qd si admisceatur farina luto. farina non coinquinat lutum. sed lutum farinam. Moraliter boni sunt farina qd inola scilicet timoris et amoris se pterunt et ad candorem cor suum deducunt. et ideo suauem panem faciunt. Sed lutum scz sunt mali in pspectu dei sordidi et fetidi. pedibus demonum conculcati. et in cloacam inferni proijciendi. cum ergo bonis commiscantur quamuis mali quandoqz dealbentur. tamen sepe in conscientia boni coinquinantur. Iuxta illud Corinth. xj. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Tertium exemplum addit Gregorius. quia si aurum argento misceatur. argentum ad auri claritatem exurgit. aurum autem expallescit. Aurum moraliter sunt viri sancti in fama fulgidi et in vita preciosi. Argentum autē sunt mali qui bonos denigant. Quando ergo boni miscentur cum malis quamuis mali videantur lucere. tamen boni videntur pallescere. Quia dicit Tullius de amicitia. hoc sentio amicitiam nisi in bonis esse nō posse. quo modo erit amicus qui sibi est inimicus: hec ille. Sepe tamen contingit. qd boni admiscantur cum malis. et tamen nec boni malos couertunt. nec mali bonos corrumpunt. Quod per tria exem-

pla potest videri. vinum enim est cum fece. et sepe non aufert vini dulcedinem. nec vinum feci acedinem. Sic rose morantur cum spinis. nec spine auferunt rosis quin redolent. nec rose spinis quā pungant. Sic aurum quando occultatur in luto. lutum non aufert auro suum colorem nec aurum luto fetore. Sic sepe mali morantur cum bonis nec mali possunt auferre bonis sanctitatem nec boni malis iniquitatem. Tertio in electione amici videndum est ne sit superbus. Quia nullus conuenit cum amicitia. quia superbus nescit esse socius. vult enim esse dominus. Proverb. xj. Ubi fuerit superbus ibi contumelia. Ideo dicit Ambrosius li. iij. de officiis. Amicitia superbia nescit. Et dicit notat. facite vobis amicos. Ubi nota qd Robertus Polcot super li. Sap. lectio. ne. cxx. dicit. qd inter omnia presenti vite necessaria maxime foret vtile discernere iter amicos et inimicos. Quia frequenter amicos credimus illos qui sunt realiter inimici. et illos inimicos aliqueliter estimamus qui nobis realiter sunt amici. Et subdit. Sunt enim duo genera hominum qui apparent amici et sunt hostes et inimici. Et duo genera hominum qui videntur inimici. et sunt amici. Et idem. Quidam realiter et quidam apparentur quadruplices habent inimicos videlicet blandos adultores. falsos coisulatores. detrahentes et persecutores corripientes. Primi sunt examinandi per conscientiam. Secundi sunt repudiandi per prudentiam. Tertij sunt tollerandi per patientiam. Quartij sunt acceptandi per beniuolentiam. Primi ergo qui videntur amici et sunt inimici a quibus nos custodire debemus sunt blandi adultores. qui enim ita suauiter roderet vt guttur amputaret vel genam penetraret. vel vt oculum tuum erueret merito foret inimicus dicens. Sed adulator ideo tibi blanditur vt te decipiat vt oculum discretiōis tibi eruat. Ideo dicit Seneca in epistola. Adulatio que similis est amicitie venit ad me pro amico blandus inimicus. quasi diceret. vt me laudando decipiat. Sed tamen quasi omnes adultores libenter audiunt. Sicut probat idem Seneca in epistola. xcy. Nos sumus contenti modica laudatione imo si quis nos sapientissimos sanctissimos modestissimos predicat totum acceptamus tanquam nobis debitum et tamen nobis stat qd illi solent mentiri communiter qui nos laudant in laudibus nostris credimus eis. et ideo nos non corrigimus. ideo mutari nolumus quia nos aptius esse credimus. Sed dicit dominus per Esa. iij. Populus meus qui te bñm dixerunt

ipsi te decipiunt. Ecce quod falsi amici sunt illi. Ideo
examinandi per conscientiam. Consideremus enim
defectus nostros de quibus consci sumus. tunc
non decipiemur. et hoc est quod docet nos **Seneca**
in epistola preallegata inducens exemplum de
Alexandro magno qui in obsidione cuiusdam
urbis dum circumiret muros sagitta percussus est.
Et cum vulnus vehementer doleret ait. omnes
iurant me esse filium **Jouis**. Sed vulgus hoc me
esse hominem clamat. Idem et nos faciamus di-
cit **Seneca**. Dicamus. vos dicitis me prudentem
esse ego video quod multa inutilia concupiscam. nec
hoc quod intelligo quod animalis monstrat sa-
cietas quis cibo quis potioni debeat esse modus.
Secundi inimici sunt falsi consiliatores qui no-
bis aliud suggerunt quam expedit animabus nostris.
Ideo dicit **Ambrosius** in li. de offi. Nec habe-
as consilium cum his qui laqueos innocentibus
preparant. unde et per **Salomonem** dicitur **Eccle-
sij**. Non omnem hominem inducas in domum tu-
am. Glo. ad contrahendam tecum familiarita-
tem et amicitiam. Sed solum in fidelitate proba-
tum multe enim insidie sunt dolosi. Nam in glo.
frequenter querunt decipere sub pretexto amici-
tie. Et subdit **Ambrosius**. cum viro pio assiduus
esto. quaecumque servare noveris mandata qui est
in anima tua finem animam suam. et si offenderis
condolebit tibi. Tertij inimici sunt detractores
et persecutores. et istos vulgariter hostes inimi-
cos qui conditiones et personas nostras ledunt
et tamen ipsis verbis frequenter nobis perficiunt.
Sicut probat **Boetius** li. iij. de conso. prosa. vi.
Et beatus **Gregorius** super **Ezechiel**. Peruersorum in-
quit derogatio vite nostre approbatio est. quia
tum ostenditur aliquid iusticie nos habere si il-
lis qui deo non placent incipimus displicere. Non
enim est derogatio sed commendatio lucis quia
odiunt et fugiunt vespertilioes. Sancti viri sunt
lux mundi per lucidam famam et sinceram consci-
entiam. de quibus dicit **Apostolus**. i. **Cor.** v.
Vos filij lucis estis et filij dei. Peccatores au-
tem sunt vespertilioes amantes semper opera
tenebrarum. Item non derogatio sed comenda-
tio odoris si eum serpentes pungunt. viri boni
sunt bonus odor christi per bonam conuersati-
onem suam. Iuxta illud. i. **Cor.** ij. Alijs quidem
sumus odor mortis in morte. alijs odor vite in vi-
tam. Peccatores autem sunt serpentes pleni vene-
no peccati. Tertio non est derogatio sed comen-
datio coloris. Si ceci de illa mentientur et iudicet
falsum peccatores sunt ceci. **Soph.** j. Ambula-
uerunt ut ceci. quia domino peccauerunt. et **Sap.**
ij. Execauit eos malicia eorum. Ideo male in

dicant de sanctis viris et eorum temeraria iudi-
cia contemnenda sunt. Quarti inimici quos
habemus apparenter. sed tamen realiter sunt
amici corrigentes et correctores qui nos de
nostris excessibus et erroribus arguunt. pun-
tunt et emendant. Veritas enim errantibus est
odiosa quamdiu in erroribus suis perseverant.
Talis enim fuit **Paulus** contra **Gallatas**.
Quibus dixit ad **Gal.** iij. Inimicus factus sum
vobis verum dicens vobis. Et **Terentius** in
andria. dicit. Veritas odium parit. Et **Augu-
stinus** in omel. que legitur in festo beati **Johan-
nis** de de collatione. videtur dicere veritatem ali-
quos offendere et aliquos audire. Sed tanta est
virtus veritatis quod nullus eam vere audire po-
test cum nullo modo in se habeat rationem ma-
li. Nam cum quereretur **Esdras** scriba. ij. **Esdr.**
iij. et allegatur a **Cypriano** dist. viij. capitulo.
Consuetudo. que virtus est maior. respondit quod
dam mulieris alius regi alius vini alius vero
veritatis. et hanc ultinam responsionem **Esdras**
approbat dicens. Veritas valet et inualefcit in
eternum. ergo non potest odiri. Ad hoc respon-
det doctor **Egidius** in prologo libro sententiarum.
quod veritas nullo modo oditur in se. sed in
suis effectibus in quantum malorum prodit vel
corripit. et sic correctores videntur inimici cum
tamen sunt amici. Isti autem inimici apparenter
sunt accipiendi per beniuolentiam. Iuxta illud
Matth. v. Diligite inimicos vestros et benefa-
cite his qui vos oderunt. id est. malos mores ve-
stros. His habitis videre quis potest quos ami-
cos quilibet debeat facere si non blandos adu-
latores. non falsos consilatores. et cetera. Sed pau-
peres et non quoslibet pauperes debet sibi quis
facere amicos. Sed eos qui possunt eum in eter-
na tabernacula recipere. Nam si ipsi debent nos
in regno celorum recipere oportet eos esse tales
qui et illuc valeant peruenire ut sunt discreti bo-
ni et humiles quales sunt pauperes spiritu. ve-
rum quia non semper tales pauperes occurrunt et
necessitas extrema alicuius pauperis interdum
aliud requirit. Idcirco non semper ad conditio-
nem pauperis respiciendum est. sed potius ad neces-
sitatem indigentis. Ideo dicit **Biero**. in quadam
epistola. Siue ille sacerdos siue cognatus vel
affinis nihil in illis consideres nisi paupertas
tem discretionis. omnibus indigentibus suppli-
citer tribuamus non querentes cui sed quare. Quis
enim in quacumque necessitate morituro po-
test succurrere si non fecerit occidit. hoc est absque
dubio verum etiam si sit peccator. Sed d. aliquis
pauperes quos etiam debemus facere amicos

Dñica nona post trini.

debent esse tales qui possunt nobis in beatā vitam introducere. et illi sunt sancti. sicut declarat sanctus **Augustinus** de verbis domini omelia qua dicit. Qui sunt qui habent eterna tabernacula nisi sancti dei. et qui sunt qui ab ipsis recipiendi sunt nisi qui eorum indigentie subueniunt. et quid eis opus est hilariter subministrant. hec ille. Et quia multi pauperes hic accipientes elemosynam propter eorum demerita nunquā veniunt ad regnum celorum. et plerumque etiam diuites eis dantes prius moriuntur quam accipientes. et quomodo poterunt ipsi pauperes recipere alios ad eterna tabernacula que nec ipsimet habent. Ad hoc dicunt doctores et principaliter **Chrysostomus**. quod non ipsi pauperes habent recipere elemosynarios suos ad eterna tabernacula. Sed occasione eorum pro bonis operibus in eis exercitatis isti recipientur. Et ait **Chrysostomus**. Attendite inquit quod non dixit dominus ut suscipiant in suis mansionibus. non enim ipsi sunt qui suscipiunt. unde cum dixisset. facite vobis amicos. inde addidit. de mammona inquit. ostendens non simpliciter eorum amicitia patrocinabitur nisi opera bona hos comitent. Et fin hoc id quod dicit. recipient vos. non refertur ad pauperes. sed ad sanctos angelos et electos dei qui ex huiusmodi operibus bonis fiunt amici largientium elemosynas pauperibus. Et huic etiam summe concordat **Ambrosius** dicens. facite vobis amicos de mammona iniquitatis. ut largiendo pauperibus ut angelorum ceterorumque sanctorum amicitiam comparemus et non solum gratiam angelorum dando elemosynam pauperibus acquirimus. Sed veri amici. de quo **Proverbia**. xij. Qui diligit cordis mundiciam propter gratiam labiorum habebit amicum regem. Et iste quidem amicus recipit nos in eterna tabernacula. Quantum ad secundum **E**ponit de quo amicos facere debeamus ut cum dicit. de mammona iniquitatis. Ubi nota quod de mammona iniquitatis. id est. inequalitatis. multiplici ratione. Primo diuitie dicuntur inequalitatis. Quia inequaliter acquiruntur. Uno modo iusto titulo. et tunc de eis potest fieri elemosyna. Et ista elemosyna multos habet fructus. Primo est peccatorum extinctio. Juxta illud **Eccli.** iij. Ignem ardentem extinguit aqua. elemosyna resistit peccatis. Super quo dicit **Glosa**. Sicut aqua extinguit ignem ita elemosyna peccatum. Et **Augustinus** in sermone. Multa inquit sunt genera elemosynarum quas cum facimus adiuvamur ut dimittantur debita nostra. Sed

ea nihil est maius quam quod ex corde dimittimus. quod in nobis quisque peccat. Ideo dicit **Daniel** ad **Nabuchodonosor** regem. c. iij. Peccata tua elemosynis redime. Secundus fructus est via ad gratiam preparatio. Sicut de **Cornelio** **Actuum**. x. Qui elemosyne sue quas quotidie faciebat ad penitentiam et gratiam viam preparabant. Ideo dictum est sibi ab angelo. Orationes tue et elemosyne tue ascenderunt in memoriam in conspectu dei. Et ratio illius fructus potest esse quod misericors est pauperi deus et misericors est illi gratiam dando sibi. Ideo dicit **Ambrosius** li. de offi. Nihil ita commendat christianam animam quemadmodum misericordia. imo non solum acquirat homini gratiam. Sed etiam in homine custodit eam. Juxta illud **Eccllesiastici**. xxij. Elemosyna viri quasi sacculus cum eo. et gratiam hominis quasi pupillam conseruabit. Tertio est bonorum temporalium augmentatio. **Proverbia**. iij. Honora dominum de tua substantia. et de primitiis frugum tuarum da pauperibus. et implebitur horrea tua. Et **Luc.** vj. Date inquit dominus et dabitur vobis. Quartus fructus est intercessorum multitudo. quia dicit **Hieronymus** ad **Nepocianum**. Qui opera pietatis libenter exercet habet multos intercessores. et impossibile est multorum preces non exaudiri dicit dominus. hic facite vobis amicos de mammona iniquitatis. dato enim quod pauperes mali essent et peccatores. adhuc elemosyna eis data erit ad deum. Juxta illud **Eccllesiastici**. xxix. Conclude elemosynam in sinu pauperis. et ipsa orabit pro te ut eruaris ab omni malo. Quintus fructus est paradisi reformatio. quia elemosyna est hostiaria paradisi claudens ostium avaris. Quia dicit **Apostolus**. j. **Corinth.** vj. Avari regnum dei non possidebunt. et aperit munificis. **Mat.** v. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. De illis fructibus et alijs elemosynis loquitur. **Chrysostomus**. super **Matth.** li. ix. Elemosyna amica dei consistit et semper ei propinqua est pro quibuscumque voluerit de facile munus gratie impetrabit vincula peccatorum ipsa dissolvit. fugat tenebras. extinguit ignem huic cum multa fiducia celi aperiantur. et veluti regina intrante nullus ianitorum. nullus custodum qui assistunt audent dicere que tu es. vel unde venis. Sed omnes eam egregie suscipiunt. virgo est habens alas circumscriptas per omnia. venustateque succincta. velum habens candidum. atque mansuetum. pennata est et lenis semper ante solium regale consistit. hec **Chrysostomus**.

Secundo diuitie acquiruntur titulo iniusto. et hoc fit multis modis. Primo de rapina et de istis non est elemosyna danda. sed restitutio est facienda. extra de rapto. Super eo. Et de hoc supra. f. xj. h. Sed de non restituentibus legitur. q. qui dam miles cuidam vidue vaccam vnam rapuit. Que cum flieret et instanter flieret et peteret ut si bi eam restitueret. Respondit ille. et si ego illam non reciperem alius sequens me reciperet et vaccam retinuit et recessit. post obitum vero ei? punitus est a diuersis demonibus quorum vn? inter alios puniuit eum incessanter. Cui damnatus cur me inquit tam assidue persequeris atq; punis? Respondit. Si ego hoc non facerem et hoc alter faceret. hec sunt verba que protulisti dum vaccam a paupere vidua rapuisti. Secundo per vsuram. et qui sic diuitias acquirunt non possunt elemosynas facere. Extra de vsu. Quia in omnibus. Tertio per iniquam extorsionem. sicut faciunt domini tyranni q. impij sunt in suos subditos et sine iusta causa extorquent bona ipsorum inde non faciunt nec facere possunt elemosynas. Sed tenentur fm Raymuudum ad restitutionem. Deinde vide supra sermone. lxxj. s. Quarto per simoniam. ut si quis clericus venderet sacramenta. et c. de simonia vide supra fm dñe. lxxj. s. Quinto per furtum quod fit pro quacunque re parua. xliij. q. vj. cap. ultimo ubi dicitur per Hieremiam. Furtum non solum in maioribus sed etiam in minoribus iudicatur. Non enim quod furto ablatum est sed mens furentis attenditur. ideo tam in maiori q. in minori tenetur quis restituere. Ex illo patet q. si decem ex vna auca comedissent tenetur quilibet ad restitutionem illi? partis que ipsum contingebat si vult indulgentiam consequi peccatorum. Similiter de his qui gramina de pratis aliorum metent. vel qui cum pecoribus suis damna proximis in segetibus inferunt. vel qui fructus arborum aut agrozum aut rapas aut castaneas et sic de alijs subtrahunt. quod tamen necessarium estimauerunt. et omnes tales non sunt absoluendi. nisi damna refartiet et lesis satisfaciant competenter. Quia dicitur. xliij. q. vlti. Inferens damna proximo non est absoluendus nisi damnum fm arbitrijs lesa restitutio. Refert enim Cesarius in dialogo q. rustico cuidam morturo diabolus assistens palum ignitum ori eius immittere minabatur. ille culpam non ignorans quocunque se vertebat diabolum presentem habebat. palum siquidem vicino cuidam subtraxerat de agro suo ut proprium augmentaret. Cogente autem eum illa necessitate amicos suos misit ablatum restituere

promisit. et veniam postulauit. Quibus illere respondit. non ignosco finite eum torqueri. Itz terretur a diabolo ut prius. mittit sibi nuncios veniam postulando ut eam consequeretur. Tertio cum lachrymis venientibus et dicentibus q. miser non potest viuere nec mori ei liceret. Respondit. Jam bene vindicatus sum. Nodo remittam ab illa hora. omnis terror diaboli recessit. Si ille pro vno palo ablato tantum terretur fuit a diabolo et punitus. Quid tunc de illis fit et qui totis destructis sepibus proximorum de hortis auferunt poma. pira. fructusq; eorum? Et certe audeo dicere confidenter. q. omnes fructus illi quos furtiue aut cum violentia auferunt ab alienis aut vicinis. igniti tradentur eis a demonibus in inferno. sicut laico predicto obtulerunt palum ignitum. quia per que quis peccat. per hec et torquetur. Proverb. xj. Et sicut illi p. fructus ablato peccauerunt. iustum est ut per eos puniantur. Sexto acquiruntur diuitie in iusto titulo quando inuenta non restituntur. de omnibus illis reb? ut raptis. furtis. et sic de alijs. non est elemosyna facienda. attamen si huiusmodi res pauperibus ablato integre restituantur eisdem. et humiliter petatur remissio iniuriarum emendam condignam nihilominus offerendo. Quod cum ratio sit non dubito quin illi pauperes letanter fiant amici restituentis. et meretur restituens non quidem ex restitutione rei non sue. Sed ex humilitate et beniuolentia penitentis. et iste est vnus modus quo mediante debemus nobis facere amicos de mammona iniquitatis. Alius modus est cum ignoratur cui sit restituendum. tunc de consilio ecclesie puto episcopos maiores vel etiam confessoribus. de minoribus rebus talia ablata sunt pauperibus eroganda. vt. xij. q. ij. Concesso. Extra de rapto. capitulo primo. Si autem est certum et persona cui debet fieri restitutio scitur tunc confessor non potest dare dilationem nec potest remittere in toto vel in parte. sz debet debitor petere a spoliato dilationem. et si ille remittit in toto vel in parte liberatur ille in foro conscientie. vt extra de solu. c. Odardus. Tertius modus cum aliquis contra prohibitionem ecclesie vel de actu illicito lucratur aliquid. vt puto laborando diebus festiuis. vel de meretricio. vel de similibus de quibus non tenetur ad restitutionem de talibus facienda sunt medicamenta. unde facta sunt vulnera. quod fit dando de eis elemosynam pauperibus. Quia dicit Augustinus xliij. questione quinta. Non sane. q. meretrici potes facere elemosynam. sed non super altare.

Dñica decima post trini.

Deut. xliij. Non offers mercedē prostibuli. his tribus modis de mammona iniquitatis. id ē. de bonis inique acquisitis. pauperes possunt acquiri amici. **Iuxta** preceptum dicentis. **facite** vobis amicos de mammona etc. **Secundo** diuitie dicuntur iniquitatis. id est. inequalitatis. quia inequaliter possidentur. **Nam** vnus possidet cū honore alter cum dedecore. vnus cum bona alter cum lesa conscientia. vnus vt pauperum adiutor alter vt eorum depressor. vnus cum timore dei possidet. alius cum iactantia et timore. **Tertio** dicuntur iniquitatis. quia inequaliter acquiruntur vel expenduntur. alij enim expendunt cum meretricibus. **Sicut** ille **Luc. xv.** Alij cum lusoribus et histronibus comessationibus ebrietatibus. et sic de alijs. de quibus dicit **Iudo** libro tertio de sum. bo. cap. lxiij. **Graviter** in deum delinquent qui diuitias sibi a deo concessas. non in rebus salutaribus. sed in rebus prauijs delinquentur et vtuntur vt inde magis augeant delicta vnde ea redimere debuerunt.

Domínica decima post trinitatis. Sermo primus.

Videns iesus

ciuitatem fleuit super illam dicens **si cognouisses et tu. glo. feres. Luc. xix.** **Cōstan**tinus in libro de naturis liquidozum dicit. qd multum pollet humiditate cerebri magis citius alijs lachrymatur. **Sed** hec lachryma interdum accidentaliter in aliquibus hominibus impeditur licet cerebrum humidum habeant. et hoc pbat **Fontinus** in descriptione vniuersi de interficiendis. **Quin** inquit. **Quis** ad mortem compellendus ducitur lachrymaz emittere minime potest. **Et** ratio est. **Nam** timore quidem valido totum humidum capitis ad cordis transmittitur regionem. quo transmissio tales non possunt flere. **Moraliter** per illos qui pollent cerebri humiditate possunt homines deuoti et compassiui merito intelligi. quia tales magis videntur in lachrymis tam p peccatis pprijs q etia alienis humidare. quorum vnus fuit **Piere. ix.** **Quis** dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lachrymarum et plorabo die ac nocte in terfectos populi mei? **Ali** fuit **Job. c. xxx.** **Flebam** inquit super eo quondam qui afflictus erat illo etiam modo **Dauid** in humiditate deuotionis abundauit cū mortē filij sui **Absolonis** deplanxit. **ij. Reg. xviij.** dicens. **Fili** mi **Absolon**

quis det mihi vt moriar pro te? **Plangebat** enī vt dicit **glo.** mortem eius spiritualement. qz mortuus erat in peccato mortali actualiter psequendo patrem. **Et** ponitur hoc sex vicibus **Absolō** fili mi propter sex conditiones penarum q sunt in gehenna. videlicet pena sensus. pena damni stridor dentium et fletus. **Et** exteriores tenebre et duratio sine fine. **Sed** per illos qui ducuntur ad mortem. intelliguntur peccatores mortales qui quotidie ducuntur ad mortem eternam. quē admodum bos ad victimam. et tales minime flent pro peccatis suis. sed letantur cum male fecerint et exultent in rebus pessimis. **Proverb. ij.** **Et** licet de fletu talium interdum legit vt de fletu **Esa. ad heb. xij.** **Non** inquit inuenit penitentie locum quamuis cum lachrymis inquisisset eam nō tamen fleuit pro peccato. quia dicit **glo.** q lachryme **Esa** non procedebant ex dolore culpe commissę. sed solum propter damnum temporale. eo q p̄mogenita vēdidisset. **Gen. xxvij.** **Ita** ad propositum christus qui abundauit in humiditate compassionis fleuit vberime super inhabitatores hierusalem ciuitatis. **Et** eodē modo ipsi inhabitatores minime flebant. quia ad mortem perpetuam ducebantur et non solum ppetuam. sed etiam temperaneam qua occiderentur a romanis. **Ideo** dicit euangelium. videns **Iesus** ciuitatem fleuit super illam. in quo duo tanguntur. primo dominice passionis lachrymam ibi. **Videns** iesus ciuitatem. secundo iudaice destructionis perditionem ibi. et quidē **Circa** primum notandum. christus saluator noster nunq legitur hic in terris risisse. sed multis vicibus inuenitur fleuisse. **Et** primo in sua generatione. et hoc propter tria. vt dicit **Volcot** super illud **Sap. vij.** **Et** primam vocem similem omnibus plorās emisit. **lec. lxxix.** **Primo** vt se verum hominem ostenderet. vt quia verus deus et homo sciuit hereses surgere qui cum nō verum corpus sed fantasticum dicerēt assumpsisse. quorum heresim volens damnare ad instar veri hominis dignatus est flere. **Et** contra hunc errorem dicit magister li. iij. sententiarū. di. ij. c. iij. **Clarissime** et absq omni ambiguitate dicitur q ex quo hominē assumpsit et totū assumpsit simul q vnīuit animam et carnem nec caro prius fuit concepta et postmodum assumpta et in assumptione concepta. **Et** beatus **Effrem** in quodam sermone de transfiguratione pbat christum verū deum et verum hominē dicens. **Si** non erat deus **Gabriel** quem dū vocet. **Et** si non erat homo **Maria** que in ventre gestabat. **Si** nō erat deus magi quem adorabant. **Si** non erat homo. **Iohannes** quem baptizabat. **Si** non erat deus.